



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii  
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis  
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori  
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,

Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,  
apprimè utile ...

In qua præter formulas Declaratoriarum Censurarum, ponuntur aliæ formulæ, tum Citationum, ac Monitionum pro validitate processuum requisitarum, tum Decretorum, aliorumve actuum ad opportunitatem, & ornatum materiæ incidentium; acceditque in calce Appendix miscellanea, plura, ad Gubernium ...

**Monacellus, Franciscus**

**Venetiis, 1709**

Sententiæ declaratoriæ excommunic. contentæ in c. Nullus Iudicium, de for. comp. Form. VII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62433](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62433)

## Sententiæ Declaratoriæ.

## F O R M U L A VII.

**V**isa judiciali monitione, requisitoria legitimè exequita contra Judicem N.& N. Notarium illius Actuarium, & N. Carcerum laicalium Custodem, ad remittendum ad nos, & tribunal nostrum infra..... Clericum N. nulliter, & sacrilegè per eos in dd. suis Carceribus detentum sub pœna publicæ denunciationis excommunicationis majoris incurse, visaque, & attenta eorum damnabili contumacia in Parendo, dicimus, & declaramus, memoratos Judicem N. Actuarium ejus N.& N. Custodem Carcerum, incurrisse excommunicationem majorem contentam in cap. si quis suadente 17. quest. 4. & in cap. nullus Judicem de for. comp. in Bulla Cœnæ canon. 19. & in aliis Constit. Apostolicis, & sic Summo Pontifici reservatam: & propterea esse publicè declarandos, & denunciandos, prout per affixionem Cedulonum denunciari volumus, & mandamus.

N. Vic. Gen.

N. Actuarius.

## S U M M A R I U M .

- \* Qui latitat, & subterfugit citari, habetur procitato.
- Judex laicus, qui Clericum distinguit censuras plures à Sac. Canonibus inflatis ipso jure incurrit, & num. 9.
- 3 Judex laicus non remittens suo Judicii Clericum carceratum graviter peccat, non obstante gravitate delicti.
- 4 Judex laicus est incapax jurisdictio-

- nis spiritualis, & ideo illam praescribere non valet.
- 5 Etiam in Crimine Assassinii.
- 6 Judex, qui ob graves respectus Clericum carceratum Judici suo tradere recusat, debet saltem declarare illum retinere ad dispositionem Episcopi.
- 7 Rigor juris in quibus casibus tempetur ostenditur.
- 8 Judex laicus potest dimittere Clericum detentum innocentem absque eo quod teneatur illum remittere suo Judici.

## Denunciationis Excommunicationis.

## F O R M U L A VIII.

**H**ic auctoritate Ordinaria denunciantur, & declarantur excommunicati excommunicatione majori S. S. D.N. Pape reservata N. Judex N. Laicus, N. ejus Actuarius, & N. Carcerum Custos; ex eo quia per nos judicialiter moniti, & requisiti ad excarcerandum, & remittendum, ad nos, & nostrum Tribunal, Clericum N. in carceribus laicis injustè, & sacrilegè detentum, illum remittere, prout juris est, & obediare noluerunt. Ut igitur ab omnibus vitentur, & præsentes publicari jussimus: & tamdiu tanquam Sacrorum Canonum, immunitatis, & jurisdictionis Ecclesiæ violatores, & perturbatores excommunicati existant, donec d. Clerici libera, & honesta dimissione, & ad Cu-